



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

36 Subrogatus eodem jure uti debet, quo ille in cuius locum subrogatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

provisus de parochiali ab Ordinario, etiam S.R.E. Cardinali, ac Sedis Apostolice legato, vel nuncio sine concursu, quia dicta constitutio, in conferendis comprehen-dit etiam Cardinales, & habet decretum iuritanum, similaresque provisiones nullum provisum jus, aut titulum etiam coloratum tribui, illasque ut prius vacare, & sedi Apostolica reservatas esse voluit, & declaravit, ut in ead. constitut. §. nos ad quorum, & annualis possessio non juvat detinentem beneficium reservatum. Gomel de Anna. poss. qu. 23. per totum, nec triennalis, idem Gomel. in reg. de trien. qu. 26. n. 6. 7. & 9.

33 Possessio enim est jus insistendi rei non prohibitæ possideri, ut trad. Bart. in l. i. nu. 6. ubi omnes Doct. si de acq. poss. sed possidentes post resignationem, aut sine concursu contra prohibitionem sacri concilij, & dictæ constitutionis sunt mere intrus, & titulus redditus ad non titulum, ex supra deductis.

34 Impetrations beneficiorum est sic ob non publicationem vacantium fieri debent cum expressione nominum, & cognominum resignantium, seu cedentium, & resignatariorum, seu cessionariorum, & impetrantes à data suarum impetracionum ea omnia, quæ cadentes à jure praedicto præstare debebant, adimplere tenentur, ut vid. §. quod si quidquam. post med.

Si vero beneficia impetrata fuerint litigiosa est contra cedentes ad ulteriora, etiam usque ad sententiam diffinitivam, ac rem judicatam, & illius executionem procedi poterit, licet tamen erit resignatio-35 nis, seu cessionaris, aut subrogatis, coram judge, coram quo lis pendere con-tigerit, comparere, ac ad causam in eisdem statu, & terminis, in quibus reperietur,

absque alia commissione erunt admitten-di, ut ead constit. §. sed ne in beneficio, t quia, cùm subrogetur in loco aliorum, eoderis jure, uti debent, cap. Ecclesia, i. l. i. cum glos. post med. ut lit. pendent. & ibi Innocent. & Abb. num. 6.

Hinc videmus, quod subrogatus in officio, vel collegio alterius utitur jure illius, in cuius locum subrogatur, tam, quoad commodum, quam quoad incommo-dum, l. unica C. de colleg. & cartopra. & ibi Bart. §. si. Io. de Plat. & Rebuff. nu. 4. lib. ii. & ibidem Bart. in l. comperimus. num. 4. de prox. sacr. scri. lib. i. 2. & delegatio t facta alicui in dignitate constituto sub nomine dignitatis transit in subrogatum in dignitate, cap. quoniem Abbas, & ibi Innoc. n. 1. & Abb. numer. 4. de off. deleg. cap. pastorali, §. ad quod dicimus, & ibi glos. in ver. succe-dat, de off. judicis ord. & quia dubitari pos-tet, an resignationes, & cessiones com-mendarum, & beneficiorum Religionis Sancti Joannis Hierosolymitani sub dicta constitutione de publicandis comprehendantur, stante, quod Magnus Magister, & t conventionis de beneficiis, tamquam pri-vatis prædijs in titulum perpetui beneficij ecclesiastici, seu etiam ad nutum, seu amo-biliter uni, vel diversis personis, assignari solitis, etiam Sedi Apostolica reservatis, seu alijs affectis, aut ad Sedem ipsam de-volutis, liberè providere, & illa unire, & dismembrare, & de illis disponere, antian-nitatesque, tam generales, quam speciales, super eisdem beneficiis fratribus ejusdem Religionis concedere, & resignationes t dictorum beneficiorum recipere, & ad-mittere, illaque resignantibus titulum, seu denominatedem, ac omnes eorum fru-ctus, seu illorum partem, aut super illis qual-